

mor- tem , mor- tem au- tem      crui- cis :  
 propter quod & De- us ex- al- tá-vit il-lum , & de-  
 dit il- li      no- men , quod est su-per      o- mne  
 no-      men .

¶. Adorámus te Christe , & benedícimus tibi.

¶. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Orémus.

**R**Espice , quæsumus Dómine , super hanc famíliam  
tuam , pro qua Dóminus noster Jesus Christus non  
dubitávit mánibns tradi nocéntium , & Crucis subíre tor-  
mémentum . Qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculórum.  
¶. Amen.

IN PROCESSIONE facienda ad lucrandum Indul-  
gentiam Plenariam pro Indulgétiis Ecclesiæ Assisiensi  
concessis , dum Communitas ter claustrum circumit , can-  
tatur sequens

N

HY-


## HYMNUS.

**P**au-de turba paupér-cu-la Patre di-tá-ta  
 páu-pe-re: Laudis pro-pí-na pó-cu-la Sa-  
 cro de-préf-sa ú-be-re.  
  
 Hic sim-plex, rectus, hú-mi-lis, Pa-cis cultor a-má-  
 bi-lis Lumen in va-se fi-ctí-li Ardens, lu-  
 cens in frá-gi-li.  
  
 Vi-li contéctus tégmi-ne, Sancto ca-léscens flá-  
 mi-






mi-ne, Vi-cit al- gó-rem cáuma-ta Chri-sti




dum gestat Stígmata.




Carnem mundúmque cónte-rens, Hostes malignos pró-




te-rens Au-re-am Vi-ctor mé-ru-it, Au-ré-o-




lam, dum dó-cu-it.



Pauper, nudus e-grédi-tur, Cœlum dives in-gré-



di-tur: Spargit vir-tú-tum mú-ne-ra, Æ-gris




pro-flí-gat yúlne-ra.


Ve- ró-rum Pa-ter páupe- rum Nos páu- pe-res fac  
 spí- ri-tu, Consórtes red- de sú-pe-rum E-  
 ré- ptos ab in- té- ri-tu.  
  
 Pa- tri, Na- to, Pa-rá-cli- to De-cus, ho- nor, &  
 gló- ri- a, San-cti fint hu- jus mé-ri-to  
 No- bis æ- té- na gáudi-a. A- men.

## HYMNUS.


**D**e-cus mo-rum, dux Mi-nórum, Francíscus  
 te-




te- nens braví- um, In te vi- te datur vi- tæ, Chri-




ste Redémptor ó- mni- um.




Plau-dat fra- ter, regnat Pater Con-cí- vis cœ- li




cí- vi-bus; Cedat fle-tus, psallat cœ-tus, Ex-últet cœ-




lum láu- di-bus.




Demptum fo- lo, da-tum po-lo si-gnó-rum pro-




bant ó-pe-ra: Ergo vi-vit, nam a- dí- vit Æ-tér-na




Chri-sti mú- ne-ra.




Pro ter-ré-nis vo-tis ple-nis Ré-pór-tat do-na



gló-ri-æ: Quem de-córas, quem ho-nó-ras Summæ De-




us cle-mén-ti-æ.



Hunc sequántur, huic jungántur, Qui ex Æ-gypto




é-xe-unt: In quo du-ce, cla-ra lu-ce, Ve-xílla



Re-gis pró-de-unt.




Re-gis si-gnum du-cem dignum In-sí-gnit ma-nu




lá-te-re: Lux ac-cédit, nox re-cé-dit, Jam lu-cis or-

ori


to




to sí- de- re.




Est dux fi- dus clarum si-dus Du-cit , re- lú- cet ,



dé-vi- a De-vi-tán-do demonstrándo Be- á- ta no-




bis gáu- di- a.



Mi-na gregem dux ad Regem Col- lí- for hof- tis



cál-li- di: Nos condúcás , & in- dú- cas Ad cœnam A-




gni pró- vi- di. A- men.

AN-

## ANTIPHONA.

**S**ancte Fran-cis-ce própe-ra  
 ve-ni Pa-ter, ac cé-le-ra ad pô-pu-lum qui  
 pré-mi-tur, & té-ri-tur sub ó-  
 ne-re, pá-le-a, lu-to, lá-te-re: & se-púl-  
 to Æ-gy-pti-o ni sub sá-bu-lo, nos lí-  
 be-ra, car-nis ex-tín-cto ví-  
 ti-o.



¶. Ora pro nobis, Beáte Pater Francíscce.

¶. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

## Orémus.

**D**eus, qui Ecclésiam tuam Beáti Patris Francíisci méritis fœtu novæ prolis amplíficas: tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, & cœlestium donórum semper participatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ¶. Amen.

IN PROCESSIONE facienda ad lucrāndam Indulgentiam plenariam pro Indulgentiis Sanctuario Montis Alvernī concessis, dum Communitas ter claustrum circumit, cantatur sequens


## HYMNUS.

C Ru-cis Christi mons Al-vér-næ, Re-cén-su-it  
 my-sté-ri- a, U-bi sa-lú-tis æ-tér-næ Dantur pri-  
 vi-lé-gi- a: Dum Francíscus dat lu-cérnæ Crucis su-  
 a stú- di- a.


O

Hoc







Hoc in monte vir de-vó-tus Spe-cu so- li- tá- ri- a




Pauper, à mundo se mo-tus Condénsat je- jú- ni- a




Vi-gil, nudus, ardens totus Crebra dat sus- pí- ri- a.




So-lus er-go clausus o- rans, Mente sur-sum á- gi-




tur, Su-per ge-stis Crucis plorans Mæ-ró-re con-




fi- ci- tur: Crucísque fructum implórans A- ni- mo



re- sól- vi- tur.



Ad quem ve-nit Rex è Cœ- lo A- mí-ctu Se-rá-phi-



co: Sex a-lárum tectus ve-lo, Aspéctu pa-cí-



fi-co: Af-fi-xúsque Cru-cis te-lo, Portén-to mi-



rí-fi-co.



Cer-nit servus Re-dem-ptó-rem, Passum impas-sí-bi-



lem, Sæ-cló-rum Impe-ra-tó-rem Tam pi-um, tam



hú-mi-lem, Verbórum audit te-nórem Vi-ro non ef-




fá-bi-lem.




Ver-tex montis in-flam-má-tur Vi-cí-nis cernénti-

O ii


bus:



bus: Cor Francisci transformá-tur A-mó-ris ar-




dó-ri- bus: Corpus ve-rò mox orná-tur Mi-rándis Sti-




gmá- ti- bus.




Col-laudé-tur Cru-ci- fí- xus, Tollens mundi scé-le-



ra, Quem laudat concruci- fí- xus, Crucis fe-re



vúl-ne- ra, Francíscus prorsus in-ní-xus su-per mun-



di fæ- de- ra. A- men.

HYMNUS Decus mortuorum, *ut suprà*, pag. 96.

*Ad modum cantus divi iuxta ritu[m] Romano*

Deo

GO

AN-

## ANTIPHONA.

C Ru- cis ap- pá- ret hós- ti- a ten-  
sis in Cru- ce brá- chi- is , sex a- lis  
te-cta vá- ri- is cum vul- tus e-  
le- gán- ti- a: Quæ Francí- ci cor át- tra-  
hit an-gens e- i cha- rí- ma- ta ,  
fu- á- que fa- cra Stí- gma- ta in e-  
jus car- ne pró- tra- hit.

¶. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum.  
Rx. Signis redemptiónis nostræ.

## Orémus.

**D**omine Iesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Patris Francisci Passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis & précibus Crucem júgiter feráimus, & dignos fructus pénitentiæ faciámus. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

DE PROCESSIONE  
ad petendam Pluviam.

*Aguntur omnia, ut suprà in Litaniis maioribus, usque ad finem earundem, in quarum precibus bis dicitur: Ut congruéntem pluviam fidélibus tuis concédere dignérис, Te rogámus audi nos. In fine dicitur: Pater noster secretò. ¶. Et ne nos indúcas in tentatióne. Rx. Sed líbera nos à malo.*

## Psalm. 146.

**L**audáte Dóminum, quóniam bonus est Psalmus: \* Deo nostro fit jucunda decoráque laudátio.

Ædificans Jerúsalem Dóminus: \* dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: \* & alligat contritiones eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum: \* & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus: \* & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suf.

Suscípiens mansuétos Dóminus : \* humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne : \* psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit Cœlum núbibus : \* & parat terræ pluviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum : \* & herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : \* & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : \* nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum : \* & in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri, &c. *Quo finito, dicantur Preces.*

¶. Operi Dómine Cœlum núbibus.

¶. Et para terræ pluviam.

¶. Ut prodúcat in móntibus fœnum.

¶. Et herbam servitúti hóminum.

¶. Riga montes de superióribus tuis.

¶. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

¶. Dómine, exáudi oratióñem meam.

¶. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. ¶. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**D**eus, in quo vívimus, movémur, & sumus : pluviam nobis tríbue congruéntem ; ut præséntibus auxíliis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciálius appetámus.

*Oratio.*

**P**ræsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui in afflitione nostra de tua pietate confidimus; contra adversa ómnia tua semper protectione muniámur.

*Oratio.*

**D**a nobis, quæsumus Dómine, pluviam salutárem: & áridam terræ fáciem fluéntis cœlestibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c.

¶. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

¶. Benedicámus Dómino. Rx. Deo grátias.

¶. Exáudiat nos omnípotens & misericors Dóminus.

Rx. Amen.

¶. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. Rx. Amen.

## PROCESSIONE AD POSTULANDAM serenitatem.

*Omnia fiant ut supra in Litaniis maioribus, & in Litaniarum Precibus bis dicatur: Ut fidélibus tuis aéris serenitátem concédere dignérис. Te rogámus audi nos.*

*Ad finem obsecrationum dicitur: Pater noster, &c.*

¶. Et ne nos indúcas in tentatióne.

Rx. Sed líbera nos à malo.

*Psalm. 66.*

**D**eus misereátur nostri, & benedícat nobis: \* illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Lætentur & exultent gentes : \* quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus : confiteántur tibi pópuli omnes : \* terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus , Deus noster , benedícat nos Deus : \* & métuant eum omnes fines terræ. Glória Patri.

¶. Adduxísti Dómine Spíritum tuum super terram.

R. Et prohíbitæ sunt plúviæ de Cœlo.

¶. Cum obdúxero núbibus Cœlum.

R. Apparébit arcus meus , & recordábor fœderis mei.

¶. Illústra fáciein tuam Dómine super servos tuos.

R. Et bénedic sperántes in te.

¶. Dómine , exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**D**eus , qui culpa offénderis , pœniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius résponce : & flagéllo tuæ iracúndiæ , quæ pro peccátis nostris merémur , avérte.

### Oratio.

**A**d te nos , Dómine , clamántes exáudi : & áeris serenitátem nobis tríbue supplicántibus ; ut qui iuste pro peccátis nostris afflígimur , misericórdia tua præveniente , cleméntiam sentiámus.

### Oratio.

**Q**uæsumus omnípotens Deus cleméntiam tuam : ut inundántiam coérceas ímbrium , & hilaritátem vul- tus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum no- strum , &c.

P

Re-

*Reliqua ut suprà in Processione ad petendam Pluviam,*  
fol. 108.

## PRECES AD REPELLENDAM TEMPESTATEM.

*Pulsantur campanæ, & qui adesse possunt in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniæ ordinariæ, in quibus bis dicitur: A fúlgure, & tempestate, & post Litanias, Orationemque Dominicam.*

*Psalm. 147.*

**L**AUDA Jerúsalem Dóminum: \* lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit feras portárum tuárum: \* benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: \* & ádipe frumenti satiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: \* velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nívem sicut lanam: \* nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: \* ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit.

Emíttet verbum suum, & liquefáctet ea: \* flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: \* justítias & júdicia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni: \* & júdicia sua non manifestávit eis. Glória Patri, &c.

¶. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

¶. Qui fecit Cœlum, & terram.

¶. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

¶. Et salutáre tuum da nobis.

¶.

- ¶. Aduva nos Deus salutáris noster.  
 Rx. Et propter glóriam nóminis tui Dñe líbera nos.  
 ¶. Nihil profíciat inimícus in nobis.  
 Rx. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.  
 ¶. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.  
 Rx. Quemádmodùm sperávimus in te.  
 ¶. Salvum fac pópulum tuum Dómine.  
 Rx. Et bénedic hæreditáti tuæ.  
 ¶. Non privábis bonis eos, qui ámbulant in inno-  
 céntia.  
 Rx. Dómine Deus virtútum, beátus homo, qui spe-  
 rat in te.  
 ¶. Dómine, exáudi oratióne meam.  
 Rx. Et clamor meus ad te véniat.  
 ¶. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**D**eus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris:  
 preces pópuli tñi supplicántis propítius réspicere, &  
 flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris meré-  
 mur, avérte.

### Oratio.

**A**d domo tua, quæsumus Dómine, spiritáles nequí-  
 tiæ repellántur: & aereárum discédat malignitas  
 tempestátum.

### Oratio.

**O**mnipotens sempitérne Deus, parce metuéntibus,  
 propitiare supplícibus: ut post nóxios ignes nú-  
 bium, & vim procellárum, in misericórdiam tránseat  
 laudis comminátio tempestátum.

*Oratio.*

**D**omine Iesu, qui imperasti ventis, & mari, & facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiæ tuæ, & præsta; ut hoc signo Sanctæ Crucis ✕ omnis discédat sævitia tempestatum.

*Oratio.*

**O**mnipotens & misericors Deus, qui nos & castigando sanas, & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis; ut & tranquillitatibus optatæ consolatiōnis lætemur, & dono tuæ pietatis semper utamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

*Reliqua ut suprà, fol. 108.*

*Aspergatur aquâ benedictâ.*

PRECES DICENDÆ TEMPORE PENURIÆ,  
& famis.

*Aguntur omnia ut suprà in Litaniis maioribus usque ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur: Ut fructus terræ dare & conservare digneris. Post Litanias dicitur: Pater noster,* &

*Psalm. 22.*

**D**ominus regit me, & nihil mihi déerit: \* in loco páscuae ibi me collocavit.

Super aquam refectiōnis educavit me: \* animam meam convértit.

Deduxit me super sémitas justitiæ: \* propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: \* quóniam tu mecum es.

Vir-

Virga tua & báculus tuus : \* ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam : \* advérsus eos,  
qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum : \* & calix meus  
inébrians quám præclárus est.

Et misericórdia tua subsequétur me: \* ómnibus dié-  
bus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini : \* in longitúdi-  
nem diérum. Glória Patri , &c.

**Y.** Dómine , non secúndùm peccáta nostra fáciás nobis.

**R.** Neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis.

**Y.** Oculi ómnium in te sperant Dómine.

**R.** Et tu das illis escam in tém pore opportúno.

**Y.** Meménto Congregatiónis tuæ.

**R.** Quam possedísti ab inítio.

**Y.** Dóminus dabit benignitátem.

**R.** Et terra nostra dabit fructum suum.

**Y.** Dómine , exáudi oratióne m e a m .

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**Y.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**I**Neffáibilem nobis , Dómine , misericórdiam tuam cle-  
ménter osténde : ut simul nos & à peccátis ómnibus  
éxuas , & à pœnis , quas pro his merémur , erípias.

### Oratio.

**D**A nobis , quæsumus Dómine , piæ supplicatiónis  
efféctum ; & famem propitiátus avérte : ut mortá-  
lium corda cognóscant , & te indignánte tália flagélla  
prodíre , & te miseránte cessáre.

### Ora-

*Oratio.*

**P**Opulum tibi súbditum pro peccátis suis fame labo-  
rántem ad te Dómine convérte propítius, qui quæ-  
réntibus regnum tuum ómnia adjiciénda esse dixisti. Qui  
vivis & regnas cum Deo Patre, &c.  
*Reliqua ut supra*, fol. 108.

### PROCESSIO TEMPORE MORTALITATIS, & pestis.

*Fiat ut supra in Litanis maioribus, & in Litaniarum  
Precibus dicatur bis: A' peste & fame líbera nos Dó-  
mine, & infra suo loco: Ut à pestiléntiæ flagéllo nos li-  
beráre dignéris, &c. In fine Litaniarum dicitur: Pater  
noster, &c. Et ne nos indúcas, &c.*

*Psalm. 6.*

**D**omine, ne in furóre tuo árguas me: \* neque in  
ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine, quóniam infírmus sum: \* sa-  
na me Dómine; quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: \* sed tu Dómine  
usquequò?

Convrétere Dómine, & éripe ániam meam: \* sal-  
vum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: \* in  
inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes  
lectum meum: \* lácrys meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus: \* inveterávi in-  
ter omnes inimícos meos.

Discédite à me omnes qui operámini iniquitátem: \*  
quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Ex-

Exaudívit Dóminus deprecationem meam : \* Dóminus orationem meam suscepit.

Erubescant , & conturbentur vehementer omnes inimici mei : \* convertantur , & erubescant valde velociter.

Glória Patri , &c.

¶. Dómine , non secundum peccata nostra fáciás nobis.

¶. Neque secundum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

¶. Adjuva nos Deus salutáris noster.

¶. Et propter glóriam nómínis tui Dómine libera nos.

¶. Dómine , ne memineris iniqnitátum nostrárum antiquárum.

¶. Citò antícipent nos misericórdiæ tuæ , quia páuperes facti sumus nimis.

¶. Ora pro nobis , Sancte Sebastiáne.

¶. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

¶. Dómine , exaudi orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. ¶. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**E**xaudi nos Deus salutáris noster , & intercedénte beáta & gloriósa Dei Genitrice María semper Vírgine , & Beáto Sebastiáno Mártyre tuo , & omnibus Sanctis , pópulum tuum ab iracundiæ tuæ terróribus libera , & misericórdiæ tuæ fac largíre secúrum.

### Oratio.

**P**ropitiare Dómine supplicationibus nostris , & animárum , & cörperum medere languóribus , ut , remissione percépta , in tua semper benedictiōne lätémur.

Ora-

*Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus Dómine, piæ petitionis efféctum, & pestiléntiam, mortalitatemque propitiá-tus avérte; ut mortálium corda cognóscant à te indi-gnánte tália flagélla prodíre, & te miseránte cessáre. Per Dóminum nostrum, &c.

*Reliqua ut suprà*, fol. 108.

### PRECES DICENDÆ IN LITANIIS tempore belli.

*Peractis omnibus, ut supra in Litaniis maioribus, ad finem Litaniarum dicitur: Pater noster, &c.*

**Y.** Et ne nos indúcas in tentatióne.

**R.** Sed líbera nos à malo.

*Psalm. 45.*

**D**EUS noster refúgium, & virtus: \* adjútor in tri-bulatióibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbábitur terra: \* & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eórum: \* contur-báti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat Civitátem Dei: \* sanctifi-cávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: \* adjuvá-bit eam Deus manè dilúculò.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna: \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: \* suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodí-gia super terram: \* auferens bella usque ad finem terræ

*Ar-*

Arcum cónteret , & confrínget arma : \* & scuta  
cóburet igni.

Vacáte , & vidéte quóniam ego sum Deus : \* exaltá-  
bor in géntibus , & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum : \* suscéptor noster Deus  
Jacob. Glória Patri , &c.

Y. Exúrge Dómine , áduja nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

Y. Salvum fac pópulum tuum Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

Y. Fiat pax in virtúte tua.

R. Et abiundántia in túrribus tuis.

Y. Esto nobis , Dómine , turris fortitúdinis.

R. A' facie inimíci.

Y. Arcum cóntere , & confrínge arma.

R. Et scuta combúre igni.

Y. Mitte nobis , Dómine , auxílium de Sancto.

R. Et de Sion tuére nos.

Y. Dómine , exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**D**eus , qui cónteris bella , & impugnatóres in te  
sperántium poténtia tuæ defensiónis expúgnas : au-  
xiliare fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam ;  
ut inimicórum suórum feritáte depréssa , incessábili te  
gratiárum actiόne laudémus.

*Oratio.*

**D**eus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

*Oratio.*

**H**ostium nostrorum, quæsumus Domine, elide superbiā: & eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Dominum nostrum, &c.

*Reliqua ut supra*, fol. 108.

## PROCESSIONE IN QUACUMQUE Tribulatione.

*Servatis omnibus ut supra in Litaniis maioribus, finitisque Litaniis, dicitur: Pater noster, &c.*

*¶. Et ne nos inducas in tentationem.*

*R. Sed libera nos à malo.*

*Psalm. 19.*

**E**xaudiat te Dominus in die tribulationis: \* protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de Sancto: \* Et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: \* Et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: \* Et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: \* Et in nomine Dei nostri magnificabimus.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: \* nunc co-

cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cœlo sancto suo: \* in potentáibus salus déxteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis: \* nos autem in nōmine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsí obligáti sunt, & cecidérunt: \* nos autem surréximus, & erécti sumus.

Dómine, salvum fac Regem: \* Et exáudi nos in die, qua invocavérimus te. Glória Patri, &c.

¶. Deus refúgium nostrum, & virtus.

R. Adjútor in tribulatiōibus.

¶. Salvos fac servos tuos Dómine.

R. Deus meus sperántes in te.

¶. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális.

R. Miserére nobis.

¶. Adjuva nos Deus salutáris noster.

R. Et propter glóriam nōminis tui, Dómine, líbera nos.

¶. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**N**E despícias, omnípotens Deus, pópulum tuum in afflictiónē clamántem: sed propter glóriam nōminis tui, tribulátis succúrre placátus.

### Oratio.

**I**Neffáibilem misericórdiam tuam, Dómine, nobis cléménter osténde: ut simul nos & à peccátis omnibus éxuas, & à pœnis, quas pro his merémur, erípias.

*Oratio.*

**C**oncéde nos fámulos tuos , quæsumus Dómine Deus , perpétua mentis , & cörperis sanitatē gaudére : & gloriósa Beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne , à præsénti liberari tristitia , & æterna pérfrui lætitia.

*Oratio.*

**T**ribulatiōnem nostram , quæsumus Dómine , propitius respice : & iram tuæ indignatiōnis , quam justè merémur , avérte.

*Oratio.*

**D**eus refúgium nostrum & virtus : adésto piis Ecclésiæ tuæ præcibus auctor ipse pietatis , & præsta : ut quod fidéliter pétimus , efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum , &c.

*Reliqua ut suprà*, fol. 108.

## PROCESSIONE PRO SALUTE REGIS, VEL REGINÆ, AUT PRINCIPIS.

*Aguntur omnia ut supra in Litanis maioribus usque ad finem Litaniarum. Deinde Pater noster.*

**Y.** Et ne nos indúcas in tentatiōnem.

**R.** Sed líbera nos à malo.

*Psalm. 20.*

**D**omine in virtute tua lætabitur Rex : \* & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei: \* & voluntate labiorum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiōnibus dulcedinis : \* posuísti in capite ejus corónam de lápide pretiosa.

Vitam pétuit à te: \* & tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: \* glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictióinem in sæculum sæculi: \* lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam Rex sperat in Dómino: \* & in misericór-dia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: \* déx-tera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui: \* Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: \* & semen eórum à filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala: \* cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: \* in reliquiis tuis præ-parábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: \* cantábimus, & psallémus virtútes tuas.

Glória Patri, &c.

Y. Dómine non secúndùm peccáta nostra fáciás nobis.

R. Neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis.

Y. Salvum fac Regem nóstrum N. (vel Reginam, Príncipem) Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

Y. Mitte ei, Dómine, auxílium de Sancto.

R. Et de Sion tuére ei.

Y. Dóminus opem ferat illi.

R. Super lectum dolóris ejus.

Y. Dómine, exaudi oratióne meam.

R.

122 PROCESSIONALE, AC RITUALE

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**D**eus, cui próprium est miseréri semper, & párce-re, fúscipe deprecationem nostram, ut nos, & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa confringit, mi-ferátió tuæ pietátis cleménter absolvat.

*Oratio.*

**D**eus infirmitátis humánæ singuláre præsídium, au-xílii tui super infirmum fámulum tuum Regem (Reginam, Príncipem) nostrum N. osténde virtútem, ut ope misericórdiæ tuæ adjútus, Ecclésiæ tuæ Sanctæ incolumis repræsentári mereátur.

*Oratio.*

**D**eus, cujus nútibus vitæ nostræ moménta decúrunt, fúscipe preces nostras pro fámulio tuo Rege (Regina, Príncipe) nostro N. pro quo ægrotánte misericórdiam tuam implorámus; ut de cujus perículo metuimus, de ejus salúte lætémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c. R. Amen.

*Reliqua ut suprà, fol. 108.*

PRECES DICENDÆ IN PROCESSIONE

(manu) pro Gratiarum actione.

*Initio processionis cantatur Hymnus Te Deum laudá-mus, &c. ut suprà, pag. 71.*

*Deinde dici poterunt Psalmi, qui sequuntur, prout tem-pus feret.*

**C**antáte Dómino cáanticum novum: \* cantáte Dó-mino omnis terra, &c.

Ju-

Jubiláte Deo omnis terra : \* servíte Dómino in lætitia , &c.

Laudáte Dóminum omnes gentes , &c.

Laudáte Dóminum de cœlis , &c.

Benedícite ómnia ópera Dómini , &c.

Benedíctus Dóminus Deus Israel , &c.

*Hæc autem prædicta , prout longitudo itineris postulaverit , vel omnia , vel ex parte cantari possunt.*

℣. Benedíctus es , Dómine , Deus patrum nostrorum.

℟. Et laudabilis , & gloriósus in sæcula.

℣. Benedicámus Patrem , & Fílium cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus , & superexaltémus eum in sæcula.

℣. Benedíctus es , Dómine Deus in firmaménto cœli.

℟. Et laudabilis , & gloriósus , & superexaltátus in sæcula.

℣. Bénedic ánima mea Dómino.

℟. Et noli oblívisci omnes retributiōnes ejus.

℣. Dómine , exáudi oratiōnem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**D**eus , cujus misericórdiæ non est númerus , & bonitatis infinítus est thesáurus : piíssimæ majestati tuæ pro collátis donis grátias ágimus , tuam semper cleméntiam exorántes : ut qui peténtibus postuláta concédis , eósdem non déserens , ad præmia futúra dispónas.

*Oratio.*

**D**eus , qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratiōne docuísti : da nobis in eódem Spíritu recta sáperre , & de ejus semper consolatione gaudére.

*Ora.*

*Oratio.*

**D**eus, qui néminem in te sperántem nímum affligi permittis; sed pium précibus præstas audítum: pro postulatióibus nostris, votisque suscéptis grátias ágimus, te piíssime deprecántes; ut à cunctis semper muníamur adverſis. Per Dóminum nostrum, &c.

*Reliqua ut suprà*, fol. 108.

PRECES PRO FELICI PARTU  
REGINÆ, VEL PRINCIPIS NOSTRÆ  
prægnantis post octavum mensem dicendæ.

*Exposito Sanctissimo Eucharistiae Sacramento in aditu Tabernaculi, & thurificato de more, quin aliquid interim cantetur, incipiuntur statim Litaniæ, quibus finitis, Celebrans dicit abhuc genuflexus:*

Pater noster. Prosequitur secretò.

¶. Et ne nos inducas in tentatiómem.

¶. Sed libera nos à malo.

*Deinde cantatur*

*Psalm. 127.*

**B**éati omnes, qui timent Dóminum, \* qui ámbulant in viis ejus.

Labóres manuum tuarum quia manducábis: \* beatus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vivis abúndans: \* in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novellæ olivárum, \* in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, \* qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: \* & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et

Et videas filios filiorum tuorum, \* pacem super Israel.  
Glória Patri, & Fílio, \* & Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, \* & in  
sæcula sæculórum. Amen.

*Postea dicuntur sequentia:*

- ¶. Salvam fac ancíllam tuam (Reginam, vel Príncipem nostram N.) Dómine.  
 Rx. Deus meus sperántem in te.  
 ¶. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.  
 Rx. Et de Sion tuére eam.  
 ¶. Nihil proficiat inimicus in ea.  
 Rx. Et Fílius iniquitatis non appónat nocére ei.  
 ¶. Tríbue ei secúndum cor suum fœcunditátem prolis.  
 Rx. Et omne consílium ejus confírma.  
 ¶. Quóniam ipsa sperat in Dómino.  
 Rx. Et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.  
 ¶. Dómine, exaudi oratióne meam.  
 Rx. Et clamor meus ad te véniat.

*Surgit Celebrans, & prosequitur:*

- ¶. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**E**xaudi quæsumus, Dómine, preces nostraras pro famula tua N. Príncipe nostra, & sicut eam tua prvidéntia concípere decrevisti, ita ipsam tua benedictiōne præveniente, & Beáta María suffragánte, celériter jubeas expedíri.

### Oratio.

**D**omine Jesu Christe, qui absque doloris contagione ex útero virgináli, porta clausa, exire dignatus es; concéde propítius, ut fructum famulæ tuæ tali-

liter in lucem prodire dispónas, qui ad regeneratiómem  
sacri Baptismatis incólumis pervenire mereátur.

*Oratio.*

**D**eus refúgium nostrum, & virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ præcibus auctor ipse pietatis, & præsta; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

*Cum autem fient bujusmodi Preces dum sit Regina, vel Princeps ad partum proxima, vel in eo jam laborans, prima Oratio dicetur, ut sequitur.*

*Oratio.*

**E**xaudi quæsumus, Dómine, preces nostras pro fámlia tua Regína (vel Príncipe) nostra N. in partu nunc, aut in pósterum laborante; & sicut eam tua providéntia concípere decrevísti, ita ipsam tua benedictiōne præveniente, & Beáta María suffragánte, celériter júbeas expedíri.

*Post Orationes dicet Celebrans:*

**Y.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

**Y.** Benedicámus Dómino. **R.** Deo grátias.

*Genufleget Celebrans, & duo Cantores dicent:*

**Y.** Exaudiat nos omnípotens, & misericors Dóminus.

**R.** Amen.

*Tum cantabitur: Tantum ergo Sacraméntum, &c. Ad versum Genitóri, Genitóque, &c. Celebrans stans imponet tbus in Thuribulum absque benedictiōne, & genuflexus incensabit Sacramentum, & dicto **Y.** Panem de Cœlo, &c. responsoque Omne delectaméntum, &c. cantabit:*

**Oré-**

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto, pag. 43.

*Tandem absque benedictione reconditur in Tabernaculo  
Sacramentum.*

PRECES DICENDÆ SEDE VACANTE,  
seu pro Electione Summi Pontificis.

*Dicitur Litania, & in loco, Domnum Apostolicum,  
&c. dicitur bis : Ut óptimum Pontíficem Summum eli-  
gere dignérис. Finitis Litaniis, dicitur Pater noster.*

¶. Et ne nos indúcas in tentatióne.

¶. Sed libera nos à malo.

*Psalm. 131.*

**M**Eménto, Dómine, David : \* & omnis mansuetúdi-  
nis ejus.

Sicut jurávit Dómino : \* votum vovit Deo Jacob.

Si introíero in tabernáculum domus meæ : \* si ascén-  
dero in lectum strati mei.

Si dédero somnum óculis meis : \* & pálpebris meis  
dormitatióne.

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum  
Dómino : \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : \* invénimus eam  
in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : \* adorábimus in  
loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam : \* tu & arca sancti-  
ficationis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iustítiam : \* & sancti tui  
exúltent.

Propter David servum tuum : \* non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem , & non frustrábitur eam : \* De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint filii tui testaméntum meum , \* & testimónia mea hæc , quæ docébo eos.

Et filii eórum usque in sǽculum : \* sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : \* elégit eam in habitatióne sibi.

Hæc réquies mea in sǽculum sǽculi : \* hic habitábo , quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : \* páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári : \* & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúciam cornu David : \* parávi lucérnam Chri-  
sto meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : \* super ipsum autem efflorébit sanctificatióne mea. Glória Patri.

¶. Exáudi , Dómine , súpplicum preces.

¶. Et confiténtium tibi parce peccátis.

¶. Meménto congregatiónis tuæ.

¶. Quam possedísti ab inítio.

¶. Súscita , Dómine , sacerdótem accéptum tibi.

¶. Qui juxta cor tuum , & voluptátem tuam fáciat.

¶. Tu , Dómine , qui nosti corda hóminum.

¶. Osténde quem elégeris.

¶. Dómine , non secúndùm peccáta nostra fáciás nobis.

¶. Neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis.

¶. Fiat misericórdia tua super nos.

¶.

- R. Quemádmodum sperávimus in te.  
 V. Fiat pax in virtúte tua.  
 R. Et abundántia in túrribus tuis.  
 V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.  
 R. Et salutáre tuum da nobis.  
 V. Dómine, exáudi oratióne meam.  
 R. Et clamor meus ad te véniat.  
 V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

## Orémus.

**D**eus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sáperre, & de ejus semper consolatióne gaudére.

**S**uppli, Dómine, humilitáte depóscimus, ut Sacrosánctæ Románæ Ecclésiæ concédat Pontíficem illum tua imménsa píetas, qui & pio in nos stúdio semper tibi plácitus, & tuo pópulo pro salúbri regímine sit assíduè ad glóriam tui nómínis reveréndus.

**C**oncéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis, & corporis sanitáte gaudére, & gloriósa Beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne à præsénti liberáti tristitia, & ætérna pérfrui lætitia.

**D**eus refúgium nostrum, & virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ præcibus auctor ipse pietatis, & præsta, ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum, &c.

*Postea dicitur Tantum ergo, &c. cum Oratione ut suprà, pag. 43.*

*Hæ preces dicendæ erunt pro electione Præsulum cuiuscumque Diœcesis, mutatis mutandis.*

*In Ecclesiis ubit fit Oratio Quadraginta horarum cum expositione SS. Sacramenti, post Missam fit Processio intra Ecclesiam, in qua cantatur Pange lingua ut suprà, pag. 57. & collocato Sacramento super Thronum dicitur Tantum ergo, &c. Genitori, &c. interim incensatur de more. Mox incipiuntur Litaniæ cum precibus ut suprà, pag. 45. Orationes vero erunt quæ hic notantur infra.*

*Dicit Dóminus vobíscum, Sacerdos cantat:*

*Orémus.*

**D**eus, qui nobis sub Sacraménto mirábili, Passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus, ita nos Córporis, & Sánguinis tui sacra mystéria venerári: ut Redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus.

*Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini.*

*Oratio.*

**D**eus, qui de Beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur.

*A Nativitate usque ad Purificationem.*

*Oratio.*

**D**eus, qui salútis ætérnæ Beátæ Maríæ Virginitáte fœcúnda humáno géneri præmia præstítisti: tríbue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

*A*

*A Purificatione usque ad Adventum Domini.*

*Oratio.*

**C**oncede nos famulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis, & cōporis sanitáte gaudére, & gloriósa Beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne à præsénti liberári tristitia, & ætérna pérfrui lætitia.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro N. & dirige eum secundùm tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ, ut te donánte tibi plácita cúpiat, & tota virtúte perficiat.

*Oratio.*

**D**eus, refúgium nostrum & virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ præcibus, auctor ipse pietatis, & præsta: ut quod fidéliter pétimus, efficáriter consequámur.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestátes, & ómnium jura Regnórum: respice in auxílium Christianórum; ut gentes Turcárum, & Hæreticórum, quæ in sua feritáte, & fraude confidunt, déxteræ tuæ poténtia conterántur.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul & mortuórum, ómniumque miseréris, quos tuos fide, & opere futúros esse prænoscis: te súpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrevimus, quosque, vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos cōpore suscépit, intercedéntibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ cleméntia,

132 PROCESSIONALE, AC RITUALE

tia, omnium delictorum suorum veniam consequantur.  
Per Dominum nostrum, &c.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.

¶. Exaudiat, & reliqua ut supra in Litaniis S. Marii, pag. 56.

Sacerdos dicit sine cantu:

¶. Et fidelium animæ, ut pag. 56.

In die repositionis, finitis Litaniis & ¶. & cantato  
Domine exaudi orationem meam, incensatur Sacramen-  
tum, & fit Processio intra Ecclesiam ut notatur supra.  
Collocato Sacramento super Altare concinatur Tantum  
ergo.

Cantores dicant:

¶. Panem de Cœlo, &c. Rx. Omne, &c.

In tempore Paschali, & in octava Corporis Christi ad-  
ditur Alleluia.

Mox Sacerdos cantat orationem, qua finita, benedicit  
populum cum Sacramento, & postea asservatur.

PRECES AD VISITANDAS ECCLESIAS  
tempore Jubilæi, juxta normam Sanctæ Ec-  
clesiæ Patriarchalis.

Initio Processionis, Sacerdos intonat Hymnum sequen-  
tem, quod Chorus prosequitur.

Ve-

V E- ni Cre- á- tor Spí- ri- tus,  
 men- tes tu- c- rum ví- si- ta,  
 im- ple su- pér- na grá- ti- a,  
 quæ Tu cre- áf- ti pé- cto- ra.



Qui díceris Paráclitus,  
 Altíssimi donum Dei,  
 Fons vivus, ignis, cháritas,  
 Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere  
 Dígitus Patérnæ déxteræ  
 Tu rite promíssum Patris,  
 Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénibus,  
 Infúnde amórem córdibus,  
 Infirma nostri córporis  
 Virtúte firmans pérfici.

Hostem repéllas lóngius  
 Pacémque dones prótinus:  
 Ductóre sic te prævio  
 Vitémus omne nójum.

Per te sciámus da Patrem,  
 Noscámus atque Fílium;  
 Teque utriúsque Spíritum  
 Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,  
 Et Fílio, qui à mórtuis  
 Surréxit, ac Paráclito  
 In sæculórum sæcula. Amen.

¶. Emítte spíritum tuum, & creabúntur,

¶. Et renovábis fáciem terræ.

*Oratio.*

**D**eus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratiōne docuísti : da nobis in eódem Spíritu recta sáperre, & de ejus semper consolatiōne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

*Deinde incipiuntur Litaniæ congruenti voce sine nota: & proceditur ad Ecclesiás designatas ordine consueto.*

*Cum autem Processio in prædictas Ecclesiás ingreditur, Cantores, intermissis Litaniis, intonant, & cum cæteris alternatim prosequuntur in tono 4.*

*Psalm. 99.*

**J**ubiláte Deo omnis terra : \* servíte Dómino in lætitia.

Intróite in conspéctu ejus : \* in exultatiōne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : \* ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus : \* intróite portas ejus in confessiōne, átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus : \* & usque in generatiōnem & generatiōnem véritas ejus. Glória Patri, &c.

*Postea, omnibus ante Altare SS. Sacramenti ordinatim genuflexis, dicitur sine nota cantoribus incipientibus, & reliquis alternatim prosequentibus.*

*Psalm. 50.*

**M**iserere mei Deus, \* secúndūm magnam misericórdiam tuam.

**Et**

Et secundum multitudinem miseracionum tuarum, \*  
dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : \* & a peccato  
meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : \* & pec-  
catum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci : \* ut justi-  
ficeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : \* & in pec-  
catis concipit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : \* incerta & occulta sa-  
pientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor : \* lavabis me, &  
super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & laetitiam : \* & exult-  
abunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : \* & omnes ini-  
quitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : \* & spiritum rectum  
innova in viscerebus meis.

Ne projicias me a facie tua : \* & spiritum sanctum  
tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui : \* & spiritu prin-  
cipali confirma me.

Docero iniquos vias tuas : \* & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : \*  
& exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea apries : \* & os meum annuntia-  
bit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissim utique : \*  
holocaustis non delectaberis.

## 136 PROCESSIONALE, AC RITUALE

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: \* cor contrí-  
tum & humiliátum Deus non despíces.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \*  
ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblationes, &  
holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri, &c.

*Quo finito, cantatur*

## ANTIPHONA.

**P**ar-ce, Dó-mi-ne, par-ce pó-  
pu-lo tu-o: & ne des hæ-re-di-tá-tem  
tu-am in per-di-ti-ó-nem.

¶. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

R. Quemádmodum sperávimus in te.

## Orémus.

**P**Reces nostraras, quæsumus Dómine, cleménter exáu-  
di, atque a peccatórum vínculis absolvíti, ab omni  
nos adversitáte custódi. Per Christum Dóminum nostrum.  
R. Amen.

*Tunc facta competenti oratione sub silentio, Cantores inchoant, & cæteri prosequuntur: Tantum ergo, &c.*

ꝝ. Panem de Cœlo præstítisti eis.

ꝝ. Omne delectaméntum in se habéntem.

Orémus.

**D**eus, qui nobis sub Sacraménto mirábili Passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus, ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus.

*Tandem surgentibus omnibus cantatur Aña cum ꝝ. & oratione S. Patroni, vel Titularis.*

*Et postea continuantur Litaniæ de loco ubi relicte fuerunt, usque ad Ecclesiam sequentem, in qua dicitur omnia ut supra, & in ultima terminantur Litaniæ usque ad ultimum Agnus Dei inclusivè, & post Psalmum Jubiláte, Sacerdos dicit Kyrie eléison, & Chorus Christe eléison, Kyrie eléison. Pater noster, secretò.*

ꝝ. Et ne nos indúcas in tentatióñem.

ꝝ. Sed líbera nos à malo.

*Dicitur Psalm. Miserére.*

ꝝ. Exaudi, Dómine, súpplicum preces.

ꝝ. Et confiténtium tibi parce peccátis.

ꝝ. Meménto congregatiónis tuæ.

ꝝ. Quam possedísti ab inítio.

ꝝ. Réspice de Cœlo, & vide, & vísita víneam istam.

ꝝ. Et pérfice eam, quam plantávit déxtera tua.

ꝝ. Fiat pax in virtúte tua.

ꝝ.

R. Et abundántia in túribus tuis.

Y. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

R. Et bénedic hæreditati tuæ.

Y. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

**Orémus.**

**E**xáudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces, & confitentium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgentiam tríbuas benígnus, & pacem.

*In Ecclesiis dicatis B. M. omittitur sequens*

**Oratio.**

**C**oncéde misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: ut qui Sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxilio à nostris iniquitatibus resurgámus.

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne Deus, miserere fámulo tuo Pontífici nostro N. & dirige eum secundum tuam cleméntiam in viam salútis æternæ: ut te donante tibi plácita cúpiat, & tota virtute perficiat.

**Oratio.**

**E**cclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte: ut destrúctis adversitatibus, & erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte.

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, & néminem vis perire: réspice ad ánimas diabólica fraude decéptas; ut omni hæréтика pravitate depósta,

ta , errantium corda resipiscat , & ad veritatis tuæ redéant unitátem.


*Oratio.*

**D**eus , à quo sancta desideria recta consilia , & justa sunt opera : da servis tuis illam , quam mundus dare non potest , pacem ; ut & corda nostra mandatis tuis dedita , & hostium sublata formidine , tempora sint tua protectione tranquilla.


*Oratio.*

**P**rotende , Domine , fidelibus tuis dexteram Cœlestis auxilii , ut te toto corde perquirant ; & quæ digne postulant , consequi mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum , &c.


*Demum , cantato Tantum ergo , & facta commemoratione S. Titularis , vel Patroni Ecclesiæ , dicant*

*Cantores.*

¶. Exaudi-at nos om-ni-po-tens , & mi-sé-ri-cors



Domi-nus.



Chor. ¶. Et cu-stó-di-at nos semper. A-men.

*Prædicta omnia servantur in reliquis Processionibus.  
Post ultimam vero cantatur Hymn. Te Deum cum ¶.*



& orationibus pro gratiarum actione ut pag. 123. quibus completis, & facta commemoratione SS. Sacramenti, ac S. Titularis, vel Patroni Ecclesiae, Cantores addunt.

**V.** Benedicamus Dómino. **R.** Deo grárias.

## OFFICIUM SEPULTURÆ PARVULORUM.

*Accedens ad domum Defuncti Parochus, vel Celebrans aspergit corpus, deinde dicit Antiph.*



Sit no-men Dómi-ni. *Pf.* Lau- dá- te.

*Psalm. 112.*

**L**AUDÁTE púeri Dóminum : \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum , \* ex hoc nunc , & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum , \* laudabile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gentes Dóminus , \* & super Cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster , qui in altis hábitat , \* & humília réspicit in Cœlo , & in terra?

Súscitans a terra ínopem , \* & de stércore érigens páuperem.

Ut collocet eum cum princípibus: \* cum princípibus populi sui.

**Qui**

Qui habitare facit stérilem in domo, \* matrem filiorum lætántem.

Glória Patri, &c.

## ANTIPHONA.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large capital 'S'. The lyrics 'Ita nomen Domini benedictum, ex hoc' are written below the notes. The second staff continues the melody. Below the second staff, the lyrics 'nunc, & usque in saeculum.' are written.

*Dum portatur ad Ecclesiam, dicatur*

*Psalm. 118.*

**B**ÉATI immaculati in via, \* qui ámbulant in lege Domini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus: \* in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, \* in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti \* mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, \* ad custodiéndas justificatiónes tuas.

Tunc non confúndar, \* cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directiōne cordis, \* in eo quòd dídicti judícia justitiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam: \* non me derelínquas usquequaque.

T

In

In quo córrigit adolefcéntior viam suam? \* in custo-  
diéndo sermónes tuos.

In corde meo abfcóndi elóquia tua : \* ut non pec-  
cúm tibi.

Benedíctus es , Dómine : \* doce me justificatiónes  
tuas.

In lábiis meis , \* pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum , \* sicut  
in ómnibus divítiis.


In mandátis tuis exercébor: \* & considerábo vias tuas.

In justificatióibus tuis meditábor : \* non oblívíscar  
sermónes tuos.

Glória Patri, &c.

*Si tempus superest, dici potest Psalm. Laudáte Dómi-  
num de Cœlis.*

*Cum pervenerit ad Ecclesiam, Celebrans dicit Antiph.*



Hic ac- cí- pi- et. *Psalm. Dó- mi- ni.*

*Psalm. 23.*

**D**omi est terra, & plenitudo ejus , \* orbis terrá-  
rum , & univérsi , qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : \* & super flú-  
mina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? \* aut quis stabit  
in loco sancto ejus?

Innocens mánibus , & mundo corde , \* qui non ac-  
cé-

eepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : \* & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum , \* querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras , & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus fortis , & potens , Dominus potens in prælio.


Attollite portas principes vestras , & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri , &c.


### ANTIPHONA.

**H**I ac- cí- pi- et be-ne-di- cti- ó-nem  
 a Dómi-no , & mi-se- ri-córdi- am a De-o fa-  
 lu-tá- ri su- o ; qui-a hæc est ge-ne-rá-ti- o




T ii


quæ-



quæ- rén- ti- um Dó- mi- num.



Ky- ri- e e- lé- i-son. Christe e- lé- i-son.



Ky- ri- e e- lé- i-son.

*Sacerd. dic. Pater noster secretò. Aspergat corpus, & tburificet in circulo. Deinde dicit.*

¶. Et ne nos inducas in tentatióne.

R. Sed líbera nos à malo.

¶. Me autem propter innocéntiam suscepísti.

R. Et confirmásti me in conspéctu tuo in æténum.


¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíitu tuo.

### Orémus.

**O**Mnipotens, & mitíssime Deus, qui ómnibus pár-vulis renátis fonte Baptísmatis, dum migrant a saeculo, sine ullis eórum méritis vitam íllico largíris æténam, sicut ánimæ hujus párvuli hodie crédimus te fecisse: fac nos, quæsumus Dómine, per intercessiόne Beátæ Mariæ semper Vírginis, & ómniū Sanctórum tuórum, híc purifícatis tibi méntibus famulári, & in Paradíso cum beátis párvulis perénniter sociári. Per Chri-stum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dum


*Dum portatur ad tumulum, Sacerd. dicit. Antiph.*




Jú- venes, & vírgi-nes. Ps. Lau- dá- te.

*Psal. 148. Laudate Dominum de Cœlis, ut infra in  
Officio Sepulturæ Regularium.*


## ANTIPHONA.




Ú- ve-nes, & Vír-gi-nes se-nes cum ju-



ni- 6- ri- bus Laudent no-men Dómi-ni. Ky- ri-



e e- lé- i-son. Chri-ste e- léi- son. Ky- ri- e



e- lē- i-son.

*Sacerd. dic. Pater noster secretō. Deinde dicit.*

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

Ý. Sínite párvulos venire ad me.

B.

R. Tálium est enim Regnum Cœlorum.


Y. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**O**Mnipotens sempitérne Deus, sanctæ puritatis amátor, qui ánimam hujus párvuli ad Cœlorum Regnum hódie misericórditer vocare dignátus es: dignéris etiam Dómine ita nobiscum misericórditer ágere; ut méritis tuæ sanctissimæ Passiónis, & intercessióne Beátæ Maríæ semper Virginis, & ómnium Sanctórum tuórum, in eódem Regno nos cum ómnibus Sanctis, & eleéctis tuis semper fárias congaudére: Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

*Deinde Celebrans benedicat incensum, corpus aspergat, & thurifiset, similiter & tumulum; postea sepeliatur.*

*Cum autem à sepultura revertuntur in Ecclesiam, Celebrans dicit. Antiph.*



Be-ne- dí- ci- te. *Cant. Omnia ópe-ra.*

*Cantic. trium Puerorum. Daniel. 3.*

**B**enedícite ómnia ópera Dómini Dómino: \* laudáte, & superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: \* benedícite Cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt Dómino: \* benedícite omnes virtutes Dómini Dómino.

Be-

Benedícite Sol , & Luna Dómino : \* benedícite Stellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber , & ros Dómino : \* benedícite ómnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis , & æstus Dómino : \* benedícite frigus , & æstus Dómino.

Benedícite rores , & pruína Dómino : \* benedícite gelu , & frigus Dómino.

Benedícite glácies , & nives Dómino : \* benedícite noctes , & dies Dómino.

Benedícite lux , & ténebræ Dómino : \* benedícite fúlgura , & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : \* laudet , & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes , & colles Dómino : benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : \* benedícite mária , & flúmina Dómino.

Benedícite cete , & ómnia quæ movéntur in aquis Dómino : \* benedícite omnes vólucres Cœli Dómino.

Benedícite omnes béstiae , & pécora Dómino : \* benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : \* laudet , & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite Sacerdótes Dómini Dómino : \* benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus , & ánimæ justorum Dómino : \* benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía , Azaría , Mísael Dómino : \* laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem & Fílium cum Sancto Spíritu: \*  
laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es, Dómine, in firmaménto Cœli : \* &  
laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.

## A N T I P H O N A.

**B** E-ne- dí- ci-te Dó- mi-num omnes e-  
 lé-cti e-jus, á- gi-te di- es læ- tí- ti- æ,  
 & con-fi- té- mi-ni il- li.



*Celebr. dic.*

Y. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo.

## Orémus.


**D**eus, qui miro órdine Angelórum ministéria, ho-  
minúmque dispénsas, concéde propítius: ut a qui-  
bus tibi ministrántibus in Cœlo semper assístitur, ab his  
in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum  
nostrum. Rx. Amen.

COM-

## COMMENDATIO ANIMÆ

Juxta Rituale Pauli V. &amp; Benedicti XIV.

*Celebrans aspergit cadaver Aqua benedicta in modum crucis; mox dicit Antiphonam.*



Si i- ni-qui-tá-tes. Ps. De pro-fún-dis.

*Psalm. 129.*

**D**E profúndis clamávi ad te Dómine: \* Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* & propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.


A custódia matutína usque ad noctem, \* speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* & copiosa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus.


Réquiem ætérnam, &c.

## ANTIPHONA.



Dó-mine, quis sus-ti-né-bit.



*Deinde cadaver effertur, & Parochus, seu Celebrans intonat Antiphonam.*



*Pſ. Mi-le ré- re.*

*Pſal. 50. Miserére mei Deus.*

*Ad ingressum Ecclesiae repetitur Antiphona.*



*Deinde Ecclesiam ingressi cantant Resp. sequens.*

*Sub*

**S**ub ve-ní-te Sancti De- i, oc-cúr- ri- te An-  
ge- li Dó- mi- ni. \* Susci-pi- éntes á- nimam e-  
jus. \* Of-fe-réntes e- am in conspé-ctu Al- tís- fi-  
mi. y. Suscí- pi- at te Christus, qui vo-cá-vit te, &  
in si-num Abrahæ An-ge- li de- dú-cant te. \* Susci-  
pi- én-tes á-nimam e-jus. \* Of-fe-réntes e- am in con-  
spé- ctu Al- tís- fi- mi. y. Réquiem a- té-  
nam dona e- i Dó- mi-ne, & lux per-pé- tu- a

lú-ce-at e- i. \* Of-fe-réntes e- am in conspé-ctu  
 Al- tís- si-mi. Ky- ri- e e-léi-son. Christe e-  
 lé- i-son. Ky- ri- e e- léi-son.

*Si mox recitandum sit Officium Defunctorum, in hoc Responsum non dicatur. Kyrie eléison; sed post Missam fit Officium sepulturæ ut infra, & incipiet ab oratione Non intres. Si verò Officium mortuorum non sit faciendum, & mox sequatur sepulturæ Officium, dicatur. Kyrie eléison, & reliqua ut infra.*

## OFFICIUM SEPULTURÆ SÆCULARIUM DEFUNCTORUM.

*Dicto Responsum Subveníte Sancti Dei, ut supra pag. 151. Sacerdos dicat Pater noster secretò. Aspergat, & thurifex corpus in circulo.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

*Pro Defunctoro.*

Orémus.

**I**nclína , Dómine , aurem tuam ad preces noſtras , quibus misericórdiam tuam ſúpplices deprecámur : ut ánimam fámuli tui N. (Fratriſ noſtri) quam de hoc ſæculo migráre juſſíſti , in pacis , ac lucis regióne conſtituas , & Sanctórum tuórum júbeas eſſe confórtem. Per Christum Dóminum noſtrum. Rx. Amen.

*Pro Defunctora.*

Orémus.

**Q**uæſumus , Dómine , pro tua pietáte miferére áni- mæ fámulæ tuæ N. (Soróris noſtræ) & à contágiis mortalitatis exútam , in æternæ ſalvationis partem reſtí- tue. Per Christum Dóminum noſtrum. Rx. Amen.

*Pro Defunctoro Sacerdote.*

Orémus.

**D**eus , qui inter Apostólicos Sacerdótes , fámulum tuum N. (Fratre noſtrum) Sacerdotáli fecíſti di- gnitáte vigére : præſta quæſumus , ut eórum quoque per- pétuο aggregétur confórtio. Per Christum Dóminum noſtrum. Rx. Amen.

*Deinde dicat Sacerdos orationem ſequentem ſine Ore- mus , nil mutando.*

**N**on intres in judícium cum servo tuo , Dómine , quia nullus apud te juſtificábitur homo : niſi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíſſio : non ergo eum ,

eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio Fidei Christianæ comméndat: sed grátia tua illi succurrénte mereátur evádere judícum ultionis, qui dum víveret insignitus est signáculo Sanctæ Trinitatis. Qui vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Rx. Amen.


*Qua finita, dicitur sequens*

### R E S P O N S O R I U M.

**L**iberame, Dó- mi-ne, de mor- te æ-  
té- na in di- e il- la tre- mén- da.

\*Quando Cœ- li mo- vén- di sunt, & ter-  
ra. \* Dum vé- ne- ris ju- di- cá-  
re sæ- culum per ig- nem. y. Tremens factus sum e-  
go,

go, & tí- me-o dum dis-cúf- si- o vé- ne-rit,  
at-que ven-tú- ra i- ra. \* Quando. y. Di-  
es il- la, di- es i- ræ, ca-la-mi- tá- tis, & mi- sé-  
ri- æ, di- es magna, & a- má-ra val- de. \* Dum.  
y. Réquiem æ- té- rnam do-na e- is Dó- mi- ne,  
& lux per- pé- tu- a lú- ce- at e- is.  
*usque sæculum per ignem.*  
Repet. Lí- be- ra me.  
Ky- ri- e e- léi-son. Chri- ste e- léi-son. Ky- ri-



e e léi-son.

*Sacerdos dicit Pater noster secretò. Aspergit, & thurificat corpus in circulo.*

¶. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

¶. Sed líbera nos à malo.

¶. A porta íferi.

¶. Erue, Dómine, ániam ejus.

¶. Requiéscat in pace. ¶. Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam.

¶. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. ¶. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**D** Eus , cui ómnia vivunt , & cui non pereunt moriendo córpora nostra , sed mutántur in mélius : te súpplices deprecámur , ut súscipi júbeas ániam fámuli tui N. ( Fratris nostri ) vel fámulæ tuæ N. ( Sororis nostre ) per manus Sanctórum Angelórum tuórum , deducéndam in sinu Abrahæ Patriárchæ , resuscitandámque in novíssimo iudíci magni die ; & quidquid vitiórum , diabolo fallénte , contráxit , tu pius , & miséricors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum nostrum. ¶. Amen.

*Si Clerici alicujus Fraternitatis aliud Responsorium cantaverint , Sacerdos dicet Pater noster secretò. Asperget, & thurificabit corpus in circulo.*

¶. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos à malo.

¶. A porta ínferi. R. Erue, Dómine, ániam ejus.

¶. Requiéscat in pace. R. Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**A**bsolve, quæsumus Dómine, ániam fámuli tui N.  
(Fratriis nostri) vel ancíllæ tuæ N. (Soróris nos-  
træ) ut defúnctus (vel defúncta) sǽculo tibi vivat: &  
peccáta, quæ per fragilitátem carnis humána conversa-  
tióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietatis abstér-  
ge. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Finita oratione, corpus defertur ad sepulchrum, & dum  
portatur, Clerici cantant Antiphonam sequentem.*


### ANTIPHONA.

I


N Pa-ra-dí-sum de-dúcant te An-ge-li, in tu-

o ad-vén-tu sus-cí-pi-ant te Már-ty-res, & per-dú-

cant te in Ci-vi-tá-tem sanctam Hierúsalem: Chorus



An-ge-ló-rum te sus-cí-pi-at, & cum Lá-za-ro quon-



dam páu-pe-re æ-tér-nam há-be-as ré-qui-em.


*Cum pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum,  
Sacerdos illud benedit, dicens hanc orationem.*

Orémus.

**D**eus, cuius miseratione ánimæ fidélium requiéscant;  
hunc túmulum bene ✕ dicere dignáre, cique An-  
gelum tuum sanctum députa custódem; & quorum, qua-  
rúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum ab óm-  
nibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum  
sanctis tuis sine fine lăténtur. Per Christum Dóminum  
nostrum. Rx. Amen.

*Dicta Oratione, Sacerdos Aqua benedicta aspergat, dein  
de incenset corpus Defuncti, & tumulum.*

*Completa Aña In Paradísum, Sacerdos dicit.*



E- go sum. Cant. Be- ne- dí- ctus.

Am. Z. Can-

*Canticum Zachariæ. Cantatur in tono feriali.*

**B**enedictus Dominus Deus Israel : \* quia visitavit,  
& fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis : \* in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum : \* qui à saeculo sunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris : \* & de manu omnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericordiam cum pátribus nostris : \* & memorári testaménti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum : \* datúrum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati : \* serviámus illi.

In sanctitáte, & justitia coram ipso : \* omnibus diebus nostris.

Et tu puer Prophéta Altissimi vocaberis : \* præibis enim ante fáciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus : \* in remissionem peccatorum eorum.

Per víscera misericordiæ Dei nostri : \* in quibus visitavit nos óriens ex alto.

Illuminare his, qui in ténebris, & in umbra mortis sedent : \* ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem æternam dona ei Dómine.

Et lux perpétua luceat ei.

**E**go sum re-sur-ré-cti-o, & vi-ta;  
 qui cre-dit in me, é-ti-am si mórtu-us fú-e-rit,  
 vi-vet; & om-nis qui vivit, & cre-dit in me, non mo-  
 ri-é-tur in æ-tér-num.

*Completa Aña, Sacerdos dicit Pater noster secretō.*

Y. Et ne nos indúcas in tentatiōnem.

R. Sed líbera nos à malo.

Y. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimam ejus.

Y. Requiéscat in pace. R. Amen.

Y. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R. Et clamor mens ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**S**Atisfáciat tibi quæsumus, Dómine Deus noster, pro  
ánima fámuli tui N. (Fratri nōtri) vel fámulæ tuæ  
N. (Soróris nōstræ) Beatissimæ Dei genitrícis, sempér-  
que Vírginis Mariæ, & Beatórum Apostolórum Petri  
&

& Pauli, ac Beati Confessoris tui Patris nostri Francisci, omniumque Sanctorum oratio, & praesentis familiae tuae humilis, & devota supplicatio, ut peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat, nec eum (*vel eam*) patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem (*vel quam*) Filii tui Domini nostri Iesu Christi pretioso Sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus, per omnia saecula saeculorum.  
Rx. Amen.

**V.** Réquiem æternam ♫ dona ei Domine.

**Rx.** Et lux perpetua luceat ei.

**V.** Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei, requiescant in pace.  
**Rx.** Amen.

## ORDO COMMENDATIONIS

Animæ, ac sepulturæ Officii Regularium, ac Monialium.

*Commendatio Animæ, ut suprà pag. 149. Ast in fine Annæ additur*



Cant. Ky-ri- e e- lé- i- son. Chri-ste e- lé- i-



son. Ky- ri- e e- lé- i- son.

Sæ-

*Sacerd. dict. Pater noster secretò, aspergat, & incenset corpus, deinde dicat*

¶. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

¶. In memoria æterna erit justus.

R. Ab auditioñe mala non timébit.

¶. Ne tradas bestiis animam confiténtem tibi.

R. Et animam páuperis tui (*vel tuæ*) ne obliviaiscáris in finem.

¶. Non intres in iudicium cum servo tuo, Dómine.

R. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

¶. A porta ínferi.

R. Erue Dómine animam ejus.

¶. Requiéscat in pace. R. Amen.

¶. Dómine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**S**uscipe, Dómine, animam fámuli tui N. (Fratri nostri) *vel* ancíllæ tuæ N. (Soróris nostræ) quam de ergástulo hujus sæculi vocare dignátus es: & libera eam de locis pœnárum: ut quiétis, ac lucis æternæ beatitudine perfruátur, & inter Sanctos, & elecotos tuos, in resurrectiōnis glória resuscitári mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Postea defertur corpus ad Ecclesiam, & Celebrans intonat Antiphonam Exultábunt, ut supra pag. 150. reliqua ut ibi notatur.*

## OFFICIUM SEPULTURÆ.

*Dicīa Oratione Non intres , ut suprà pag. 153. cantatur Responsorium Subveníte Sancti Dei , ut suprà pag. 151. Finito Kyrie eléison , Sacerdos dicit Pater noster ; & accepto aspersorio cum Aqua benedicta , aspergit corpus , postea illud thurificat ; & posito in loco suo , dicit.*

¶. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed libera nos à malo.

¶. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ániam ejus.

¶. Requiéscat in pace. R. Amen.

¶. Dómine , exaudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

## Orémus.

Deus , cui ómnia vivunt , ut suprà pag. 156.

Deinde cantores incipiunt sequens

## RESPONSORIUM.

N E re-cor-dé- ris peccá-ta me- a  
 Dó- mi-ne. \* Dum yé- ne-ris ju-di- cá- re  
 fæ-



fæ-culum per ig- nem. y. Dí- ri- ge  
 Dó-mi-ne De-us me- us in conspé-ctu tu- o  
 vi-am me- am. \* Dum vé- ne- ris. y. Ré-  
 qui-em æ- té-ram do- na e- is Dó- mi-ne,  
 & lux per-pé- tu- a lú-ce- at e- is. \* Dum vé-  
 ne- ris. Ky- ri- e e- léi- son. Chri- ste e-  
 léi- son. Ky- ri- e e- léi- son.

*Sacerdos dicit Pater noster secretò.*

y. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos à malo.

y.

¶. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ániam ejus.

¶. Requiéscat in pace. R. Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.


Orémus.

**F**ac, quæsumus Dómine, hanc cum fámulo tuo N. (Fratre nostro) defúncto, vel ancilla tua N. (Sorore nostra) defúncta, misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recipiat vicem, qui (vel quæ) tuam in votis tenuit voluntátem; ut sicut hic eum (vel eam) vera fides junxit fidélium turmis, ita illic eum (vel eam) tua miserátio sóciet Angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.


*Finita Oratione, dicitur sequens*

R E S P O N S O R I U M.

**L**i-be-ra me, Dó-mi-ne, de-vi-



is in-fér-ni, qui por-tas æ-re-as confr-











gíf-ti, & vi-si-tás-ti, in-fér-num,



Y

&

## 166 PROCESSIONALE, AC RITUALE


 & de- dís- ti e- is lu- men, ut ví- de- rent te.  
  

 \* Qui e- rant in pœ- nis te-ne- brá- rum. y. Cla-  
  

 mán-tes & di- cén-tes. Ad ve- nís- ti Ré- démptor  
  

 nos- ter. \* Qui e- rant. y. Ré-qui-em æ- té-  
  

 nam do- na e- is Dó- mi-ne, & lux per-pé-  
  

 tu- a lú- ce- at e- is. \* Qui e- rant. Ky-  
  

 ri- e e- léi-son. Christe e- léi-son. Ky-ri- e  
  

 e- léi-son.

*Sacerdos dicit Pater noster secretò.*

¶. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos à malo.

¶. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, ániam ejus.

¶. Requiéscat in pace. R. Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**A**bsolve, quæsumus Dómine, ániam fámuli tui  
N. (Fratriis nostri) vel ancíllæ tuæ N. (Sororis  
nostræ) ut defúnctus (vel defúncta) sæculo tibi vivat;  
& peccáta, quæ per fragilitátem carnis, humána con-  
versatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietatis  
abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Finita Oratione, corpus defertur ad sepulchrum, & Ce-  
lebrans pergit post feretrum. Cantores incipiunt Antiphonam In Paradísum, ut suprà pag. 157.*

*Finita Antiphona, Sacerdos absolutè dicit Orationem  
sequentem.*

**D**eus, qui fundásti terram, formásti Cœlos, qui lo-  
ca sidéribus stabilita fixísti: qui captívum láqueo  
mortis hóminem lavácri ablutióne reparásti, qui sepultos  
Abraham, Isaac, & Jacob in spelúnca dúplici in libro  
vitæ, atque gloriæ annotásti benedicéndos: ita bene~~d~~í-  
cere dignérис hunc túmulum fámuli tui N. (Fratriis nos-  
tri)

tri (*vel* ancíllæ tuæ N. Soróris nostræ) ut hic eum (*vel* eam) requiéscere fáciás ; & in sinu Abrahæ, Isaac, & Jacob, collocáre dignérís, qui Dóminum nostrum Jesum Christum, contrítis láqueis infernórum, resúrgere, suorumque in se credéntium membra resuscitáre voluísti. Réspice, Dómine, super hanc fábricam sepultúræ, descéndat in eam Spíritus tuus Sanctus, ut te jubénte, sit in hoc loco fámulo tuo, (*Fratri nostro*) *vel* fámulæ tuæ (*Soróri nostræ*) quiéta dormítio ; & témporte judícií cum Sanctis tuis ómnibus, vera resuscitátio, præstánte eódem Dómino nostro Jesu Christo, qui tecum, & cum eódem Spíritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculórum. Rx. Amen.

*Deinde Celebrans benedicit incensum, corpus, & tumulum aspergit, ac thurificat, & postea dicit Añam Apéríte ut infra; & dum Chorus cantat omnes Añas, ac Psalmos infra scriptos, Celebrans dicat junta sepulturam Orationes sequentes submissa voce.*

**O**RÉMUS, fratres charíssimi, pro spíritu fratribus nostri N. (*vel* ancíllæ tuæ N. Soróris nostræ) quem (quam) Dóminus de láqueo hujus sæculi liberáre digná-tus est, cuius corpúsculum hodie sepultúræ tráditur, ut eum (eam) píetas Dei in sinu Abrahæ, Isaac, & Jacob collocáre dignétur, ut cùm Judícií dies advénerit, inter Sanctos, & eleéctos suos eum (eam) in parte déxtera collocándum (*collocándam*) resuscitári fáciat. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

## Orémus.

**D**eus, cui ómnia vivunt, & cui non pereunt moriéndo Fidélium cōrpora, sed mutantur in mélius: te súpplices deprecámur, ut quidquid áнима fámuli tui fratrii nostri N. (*vel* ancíllæ tuæ N. Soróris nostræ) vi-  
tiórum, tuæque voluntáti contrárium, fallénte diábolo,  
seu própria iniquitáte, seu fragilitáte contráxit: tu pius,  
& miséricors ábluas indulgéndo: eámque fúscipi júbeas  
per manus Sancto um Angelórum tuórum deducéndam  
in sinum Patriarchárum, & Prophetárum tuórum Abra-  
hæ scílicet amíci tni, & Isaac eleécti tui, & Jacob dilécti  
tui: in quo áufugit dolor, atque tristitia, & suspírium:  
Fidélium quoque ánimæ felíci jucundítate létantur: &  
in novíssimo Judíci magni die inter Sanctos, & eleéctos  
tuos eum (*vel* eam) fárias perpétuæ glóriæ percípere  
portionem: quam óculus non vidit, nec auris audívit,  
& in cor hóminis non ascéndit, quam præparásti diligén-  
tibus te. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

## Orémus.

**T**Emeritátis quidem est Dómine: ut homo hómi-  
nem, cinis cínerem, mortális mortálem tibi Dó-  
mino Deo nostro áudeat commendáre; sed quia terra  
fúscipit terram, & pulvis convértitur in púlverem, do-  
nec omnis caro in suam redigátur oríginem: inde tuam,  
piíssime Pater, lacrymabíliter quæsumus pietátem: ut hu-  
jus fámuli tui N. (Fratrii nostri) *vel* fámulæ tuæ N.  
(Soróris nostræ) ánimam, quam de hujus sæculi cænu-  
lénta vorágine ducis ad pátriam, Abrahæ amíci tui sinu  
recípias, & refrigérii rore perfúndas: sit ab æstuántis ge-  
hennæ truci incéndio segregáta, & beátæ requiéti tuæ te  
donánte conjúncta, & si quæ sunt illi Dómine digna cru-  
ciá-

ciátibus culpæ , tuæ ei grátia mitíssimæ lenitatis indúlge : nec peccati recipiat vicem , qui (*vel* quæ) tuam in votis tenuit voluntátem : cumque finito mundi térmíno supérnum cunctis illúxerit regnum , nova creatúra Sanctórum ómnium cætibus aggregáta , cum eleéctis tuis resúrgat in parte déxtera coronánda. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Orémus.

**O**pus est misericordiæ , Dómine , Sancte Pater , Omnípotens æterne Deus , rogáre pro áliis : & qui pro nostris supplicáre peccátis nequáquam sufficimus , suscipere rogámus ánimam fámuli tui N. (*Fratri* nostri) *vel* fámulæ tuæ N. (*Soróris* nostræ) reverténtem ad te : adfít ei Angelus Testaménti tui Míchael , & per manus Sanctórum Angelórum tuórum inter Sanctos , & eleéctos tuos in sinibus Abrahæ , Isaac , & Jacob Patriarchárum tuórum eam collocáre dignéris : libera eam , Dómine , de principiis tenebrárum , & de locis pœnárum , ne fámulus tuus ullis jam primævæ nativitatis , vel ignorantiæ confundátur erróribus. Agnoscátur à tuis , & misericordia bonitatis tuæ ad locum refrigérii , & quiétis in sinum Abrahæ transferátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Orémus.

**D**ebitum humáni córporis sepeliéndi officium fidélium more compléntes , Deum cui ómnia vivunt fidéliter deprecémur , ut hoc corpus Fratri nostri (*vel* Soróris nostræ) à nobis in infirmitáte sepultum , in órdine Sanctórum suórum resúscitet , & ejus Spíritum Sanctis , ac fidélibus aggregári júbeat , cum quibus inenarrabili glória , & perénni felicitáte pérfrui mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

Oré-

## Orémus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui humáno cörpori  
ánimam inspiráre dignátus es: dum te jubénte pul-  
vis reddet in púlverem, tu imáginem tuam cum San-  
ctis, & eleéctis tuis ætérnis fédibus júbeas associári. Per  
Christum Dóminum nostrum. Rx. Amen.

*Celebrans dicit Añam Aperíte, & Chorus eam pro-  
sequitur*

## A N T I P H O N A.

The musical notation consists of three staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large capital 'A'. The lyrics are:

A Pe- ri- te mi-hi portas jus-tí-ti- æ, &  
ingréssus in e- as con- fi- té- bor Dó- mi-no.  
Ps. Con- fi- té- mi- ni.

*Psalm. 117.*

**C**onfitémini Dómino quóniam bonus: \* quóniam in  
sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus: \* quóniam in sæ-  
culum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: \* quóniam in sæculum mí-  
sericórdia ejus.

Di-

Dicant nunc qui timent Dóminum : \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : \* & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : \* non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor : \* & ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confidere in Dómino : \* quàm confidere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino : \* quàm speráre in Princípibus.

Omnis gentes circumiérunt me : \* & in nómine Dómini , quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : \* & in nómine Dómini , quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes , & exarsérunt sicut ignis in spinis : \* & in nómine Dómini , quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem : \* & Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea , & laus mea Dóminus : \* & factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis , & salútis : \* in tabernáculis juftórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem , déxtera Dómini exaltávit me : \* déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar , sed vivam : \* & narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus : \* & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas iustitiae, ingrēsus in eas confitébor Dómino: \* hæc porta Dómini, iusti intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: \* & factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificantes: \* híc factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: \* & est mirabile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: \* exultémus, & lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, o Dómine, bene prospéráre: \* benedictus qui venit in nōmine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: \* Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis: \* usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: \* Deus meus es tu, & exaltábo te.


Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: \* & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Réquiem ætérnam dona ei Dómine.  
Et lux perpétua lúceat ei.

### ANTIPHONA.


A



Pe- ri- te mi- hi por-tas juf-ti- ti- x,

Z

&




& in-gréssus in e- as confi- té- bor Dó- mi-no.


A N T I P H O N A.



**I** N- gré- di- ar in lo-cum taber-ná·cu- li ad-mi-



rá- bi- lis us-que ad domum De- i.



Quem- ád- mo- dum.

*Psalmus 41.*

**Q**uemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárnum : \*  
ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : \* quan-  
do véniam , & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrys mæ panes die , ac nocte : \*  
dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum , & effúdi in me ániam meam : \*  
quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis , us-  
que ad domum Dei.

In voce exultatiónis , & confessiónis : \* somnus epu-  
lantis.

Quare tristis es ánima mea : \* & quare contúrbas me?  
Spe-

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultus mei , & Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est : \* proptéreà memor ero tui de terra Jordánis , & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat : \* in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua , & fluctus tui : \* super me transiérint.

In die inandávit Dóminus misericórdiam suam : \* & nocte cáanticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ : \* dicam Deo , suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei : \* & quare contristátus incédo , dum afflígit me inimícus ?

Dum confringúntur ossa mea : \* exprobravérunt mihi , quia tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies : \* Ubi est Deus tuus ? quare tristis es ánima mea , & quare contúrbas me.

Spera in Deo , quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultus mei , & Deus meus.

Réquiem ætérnam dona ei Dómine.


Et lux perpétua lúceat ei.

### ANTIPHONA.

**I** N- gré- di- ar in lo-cum taber-ná- cu- li ad-mi-

Z ii

rá-



rá- bi- lis us- que ad Domum De-i.

*Dum incipitur sequens Antiphona, extrahitur corpus à feretro, & ponitur in terra.*

## ANTIPHONA.

**H** Ec ré-qui- es me- a in sæ- cu- lum sæ- cu-  
li: hic ha- bi- tá- bo, quó-ni-am e- lé- gi e- am.

7. T.


Me- mén- to Dñe Da- vid.

*Pſ. 131. Meménto Dómine, &c. pag. 127.*

*Dum repetitur hæc Antiphona, deponitur corpus in fav- vea tantùm.*

## ANTIPHONA.


**H** Ec ré-qui- es me- a in sæ- cu- lum sæ- cu- li:  
hic




hīc ha-bi-tā-bo, quó-ni-am e-lé-gi e-am.

## A N T I P H O N A.

**D**E ter-ra for-másti me, & car-ne in-du-



íf-ti me Redémptor meus Dó-mi-ne, re-súf-ci-ta



me in no-ví-si-mo di-e. Dó-mine pro-básti me.

*Psalms 138.*

**D**omine, probásti me, & cognovísti me: \* tu cog-  
novísti sessiónem meam, & resurrecciónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe: \* sémitam  
meam, & funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti: \* quia non est sermo  
in língua mea.

Ecce, Dómine, ut cognovísti ómnia novíssima, & an-  
tíqua: \* tu formásti me, & posuísti super me madum  
tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: \* confortáta  
est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo: \* & quò à fácie tua fúgiam?  
Si

Si ascéndero in Cœlum, tu illic es : \* si descéndero  
in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo : \* & habitávero  
in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua dedúcet me: \* & tenébit me  
déktra tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me: \* & nox  
illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies  
illuminábitur: \* sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos: \* suscepísti me de úte-  
ro matris meæ.

Confitébor tibi, quia terribíliter magnificátus es: \*  
mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te, quod fecísti in oc-  
cúlo: \* & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, & in libro tuo  
omnes scribéntur: \* dies formábuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus: \*  
nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur: \*  
exurréxi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres: \* viri sanguinum de-  
clináte à me.

Quia dícitis in cogitatióne: \* Accípient in vanitáte  
civitátes tuas.

Nonnè qui odérunt te Dómine, óderam? \* & super  
inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos: \* & inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: \* intérroga me,  
& cognósce fémitas meas.

Et

Et vide si via iniquitatis in me est: \* & deduc me in via æterna.

Réquiem æternam dona ei Dómine.

Et lux perpétua lúceat ei.

*Corpus, quod est in fovea, cooperiatur terrâ, dum iteratur hæc Antiphona.*


### A N T I P H O N A.

**D**E ter- ra for-mas- ti me, & car- ne in-du-  
 íf- ti me Redémptor meus Dó-mi-ne, re-fús- ci-  
 ta me in no- vís- si-mo di- e.




### A N T I P H O N A.

**N**On in- tres in ju- dí- ci- um cum fer- vo tu-  
 o Dó-mi-ne: qui- a non ju- sti- fi- cá- bi- tur in conspé-



et tu



Et tu tu- o omnis vi- vens. Dó-mi-ne ex-áu-di.

*Psalm. 142.*

**D**omine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: \* exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo: \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: \* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: \* & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui diorum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: \* in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: \* anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: \* & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: \* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: \* doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: \* pro-

propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitate tua.


Edúces de tribulatióne ánimam meam: \* & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: \* quóniam ego servus tuus sum.



Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

Et lux perpétua lúceat ei.

## A N T I P H O N A.

**N**on in-tres in ju- dí- ci-um cum ser-vo tu-  
  
 o Dómi-ne: qui-a non jus-ti- fi- cá-bi-tur in conspé-  
  
 ctu tu- o omnis vi- vens.

## A N T I P H O N A.

**O**m-nis spí- ri-tus lau-det Dó- mi-num.  
  
 7. T. 

Lau-dá- te Dñum de Cœlis.

Aa

Psal-

*Psalm. 148.*

**L**AUDÁTE DÓMINUM DE CÉLIS: \* LAUDÁTE EUM IN EX-  
CÉLIS.

LAUDÁTE EUM OMNES ANGELI EJUS: \* LAUDÁTE EUM OMNES  
VIRTÚTES EJUS.

LAUDÁTE EUM SOL, & LUNA: \* LAUDÁTE EUM OMNES  
STELLÆ, & LUMEN.

LAUDÁTE EUM CÉLI CÉLÓRUM: \* & AQUÆ OMNES, QUÆ  
SUPER CÉLOS SUNT, LAUDENT NOMEN DÓMINI.

QUIA IPSE DIXIT, & FACTA SUNT: \* IPSE MANDÁVIT, &  
CREÁTA SUNT.

STÁTUIT EA IN AETERNUM, & IN SÆCULUM SÆCULI: \* PRÆ-  
CÉPTUM PÓSUIT, & NON PRÆTERÍBIT.

LAUDÁTE DÓMINUM DE TERRA: \* DRACÓNES, & OMNES  
ABYSSI.

IGNIS, GRANDO, NIX, GLÁCIES, SPÍRITUS PROCELLÁRUM: \*  
QUÆ FÁCIUNT VERBUM EJUS.

MONTES, & OMNES COLLES: \* LIGNA FRUCTÍFERA, & OMNES  
CEDRI.

BÉSTIÆ, & UNIVÉRSA PÉCORA: \* SERPÉNTES, & VÓLUCRES  
PENNATÆ.

REGES TERRÆ, & OMNES PÓPULI: \* PRÍNCIPES, & OMNES  
JÚDICES TERRÆ.

JÚVENES, & VÍRGINES, SENES CUM JUNIORIBUS, LAUDENT  
NOMEN DÓMINI: \* QUIA EXALTÁTUM EST NOMEN EJUS SOLÍUS.

CONFÉSSIO EJUS SUPER CÉLUM, & TERRAM: \* & EXALTÁ-  
VIT CORNU PÓPULI SUI.

HYMNIUS OMNIBUS SANCTIS EJUS: \* FILIIS ISRAEL, PÓPU-  
LO APPROPINQUÁNTI SIBI.

*Psal-*

*Psalmus 149.*

**C**antáte Dómino cánticum novum : \* laus ejus in Ecclésia Sanctórum.

Lætétur Isræl in eo , qui fecit eum : \* & filii Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : \* in tympano , & psalterio psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo : \* & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt Sancti in glória : \* lætabúntur in cubíibus suis.

Exaltatiōnes Dei in gútture eórum : \* & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindictam in natiōnibus : \* increpatiōnes in pôpulis.

Ad alligándos Reges eórum in compéditibus : \* & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fácient in eis iudícium conscríptum : \* glória hæc est ómnibus Sanctis ejus.

*Psalmus 150.*

**L**audáte Dóminum in Sanctis ejus : \* laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : \* laudáte eum scúndūm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in fono tubæ: \* laudáte eum in psalterio , & cíthara.

Laudáte eum in tympano , & choro : \* laudáte eum in chordis , & órgano.


Laudáte eum in cymbalis benesonántibus , laudáte eum in cymbalis jubilatiōnis : \* omnis spíritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam dona ei Dómine.  
Et lux perpétua lúceat ei.


## A N T I P H O N A.

**O**


M-nis spí- ri-tus lau-det Dó- mi-num.

**A**

A. Au-dí-vi vo-cem de Cœ-lo di-céntem mi-hi.

**R.**

R. Be-á-ti mórtu-i, qui in Dó- mi-no mo- ri-

**A**

ún- tur.

*Sacerdos dicit Ego sum , ut suprà pag. 158. Cant. intonat Benedict. pag. 159. Post Canticum repetita Aña Sacerd. dicit Pater noster secretò.*

¶. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos à malo.

¶. Non intres in judícium cùm servo tuo Dómine.

R. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

¶. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, ániam ejus.

¶.



- ¶. Requiéscat in pace. Rx. Amen.  
 ¶. Dómine, exáudi oratióne meam.  
 Rx. Et clamor meus ad te véniat.  
 ¶. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum spíritu tuo;

## Orémus.

Satisfáciat tibi, ut suprà pag. 160.

*Deinde facit crucem manu dextera super tumulum, dicens*

- ¶. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.  
 Rx. Et lux perpétua lúceat ei.

*Cantores.*  *Chorus.* 


¶. Re-qui-éscat in pa-ce. Rx. Amen.

*Et statim omnes, genibus flexis, luminaria accensa ma-nibus tenentes, devotissimè cantent sequentem*

## ANTIPHONAM.

**C**   
 Lementís- si- me Dó- mi-ne, qui pro nostra  
  
 mi- sé- ri- a ab im- pi- ó- rum má- ni- bus mor-  
tis

tis supplí-ci-um pertu-lif- ti, lí-be-ra á-mi-  
 mam e-jus de in-fér-ni vo-rá-gi-ne, & de mi-níf-  
 tris tar-tá-re is mi-se-rá-tus ab-sól-ve, & cun-  
 cta e-jus pec-cá-ta o-bli-vi-ó-ne per-pé-tu-  
 à de-le, e-amque ad lu-cem tu-am An-ge-  
 li tra-hant: Pa-ra-dy-si-que já-nu-am in-tro-  
 dú-cant, ut dum corpúsculum púl-ve-ri  
 trá-di-tur, ad æ-ter-ni-tá-tem per-dú-cant.



*Qua finita, dicat Sacerdos alta voce : Pater noster, eoque sub silentio completo, dicat prædicta voce versus sequentes :*

℣. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ániam ejus.

℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

### Orémus.

**T**ibi, Dómine, commendámus ániam fámuli tui fratris nostri N. (*vel* ancíllæ tuæ N. Sororis nostræ) ut defúnctus (*ut* defúncta) sæculo tibi vivat : & quæ per fragilitátem humánæ conversationis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietatis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣.



¶. Requi-éſ- cat in pa- ce. Rx. Amen.

*Deinde dicitur Psalm. De profundiſ, ſine cantu, in reverſione ad Sacrificium. Ultimò Celebrans dicit.*

¶. Requiéſcant in pace. Rx. Amen.

## ABSOLUTIO TUMULI, AC PROCESSIONE

In die Onnium Fidelium Defunctorum.

*Post Missam fit Absolutio Tumuli, & cantatur Responſ. Libera me, Dómine, de viis inféri, ut ſuprà pag. 165. quo finito, Celebrans dicit Pater noster, & aspergit, ac incenſat Tumulum in circulo; poſtea dicit*

¶. Et ne nos indúcas in tentatióne.

Rx. Sed libera nos à malo.

¶. A porta ínferi. Rx. Erue Dómine ánimas eorum.

¶. Requiéſcant in pace. Rx. Amen.

¶. Dómine, exáudi oratióne meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. Rx. Et cum ſpíritu tuo.

### Orémus.

**A**bfólve, quæſimus Dómine, ánimas ónnium fidélium defunctorum ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória inter Sanctos, & eleétos tuos refuſcitati respírent. Per Christum Dóminum nostrum.  
Rx. Amen.

*Deinde fit Proceſſio.*

STA-